Digitized by Google

Vendu par
THÉOPHILE BARROIS, fils,
Libraire,
Quai Voltaire, N°. 5.
à Paris.

MENTEM ALIT ET EXCOLIT
K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK
51. T. 32

Digitized by Google

ÖNB
+Z11475980X

51. T. 32

Digitized by Google

SPECIMEN
INEDITAE VERSIONIS
ARABICO-SAMARITANAE
PENTATEUCHI
E CODICE MANUSCRIPTO
BIBLIOTHECAE BARBERINAE

EDIDIT

ET ANIMADVERSIONES ADIECIT

ANDREAS CHRISTIANUS HWIID

HAUNIENSIS.

ROMAE MDCCLXXX.

PRAESIDUM FACULTATE.

Digitized by Google

KAISERLICHE KOENIGLICHE HOFBIBLIOTHEK WIEN

Digitized by Google

OVENO . HÖEG . GVLDBERGIO

AVG. DANIAE . REGIS . AB . INTIMIS . SECRETIS

VIRO

MVLTIPLICI . ERVDITIONE

EGREGIIS . ANIMI . VIRTVTIBVS

ET

IMMORTALIBVS . IN . PATRIAM . MERITIS

CLARISSIMO

LITTERATORVM . DELICIIS

ET . PRAESIDIO

MAECENATI . SVO . OPTIMO

HOC . SPECIMEN . SACRVM . ESSE . VVLT . AVCTOR

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI ERUDITO

ANDREAS CHRISTIANUS HWIID

S. D.

INTER illa magni pretii manuſcripta inedita, quae ubique in Bibliothecis ſepulta iacent oblivione, magno litterarum damno, & eruditionis, non ultimum locum mereri nobis videtur Codex vetuſtiſſimus ms. Samaritanus, pretioſius cimelium quam quod aliud Bibliothecae Barberinae. Continet hic Codex Pentateuchum Samaritanum τρίτα πλον, per tres columnas diſpoſitum, quarum dextera exhibet textum Hebraeo-Samaritanum, media verſionem Arabicam, & ſiniſtra Samaritanam verſionem; omnes cum characteribus Samaritanis Exaratus eſt in praegrandi membrana, formae, ut dicunt, quadratae, & mutilus valde eſt; nam praeter multa alia capita, quae adiecit ma-

nus recentior foliis circa ſeptuaginta ſparſim Codici inſertis „ deficiunt integra XXXIV. priora capita Geneſeos (*a*). Sed & hunc defectum reparare fruſtra conatus eſt recentior, qui, litteris Syriacis peſſime exaratis, illa capita principio Cod. addidit, neſcio ex quo ms.; nolui enim in hoc inveſtigando abſumere tempus.

Emptus fuit Damaſci pro Nicolao Fabritio Peireſcio ann. Chr. 1631. (*b*) & teſtamento legatus Franciſco Cardinali Barberino ab ipſo Peireſcio, ut Gaſſendus teſtatur in eius vita, & ſequens inſcriptio, aureis litteris exarata in altera parte Codicis operculi: *Eminentiſſimo, ac Reverendiſſimo S. R. E.*

(*a*) Initium Codicis noſtri fit cum [illegible] . [illegible] Geneſ. cap. 34. v. 22.

(*b*) Vid. Morin. Rit. Eccleſ. Oriental. pag. 187. 261. & eiuſd. exercit. in utr. Pentat. Samar. exercit. 1. cap. 1. n. 6.

R. E. Cardinali, & Vice-Cancellario Franciſco Barberino Sanctiſſimi Domini noſtri Urbani VIII. Nepoti, & in Ducatu Urbinate Legato a latere Nicolaus Claudius Fabricius de Peireſc, Baro Riantis, Abbas Aquiſtriae, & regius Aqui-Sextienſis Senator, in animi ſui obſequentiſſimi memoriam Pentateuchum Samaritanum τρίπαπλον ex teſtamento legavit. Infra haec leguntur: *Palamedes Fabricius de Valaves, Fratris* B. D. S. M. *haeres obtulit* L. L. M. (*a*)

Miramur admodum doctos homines apud Gallos, qui Catalogum (*b*) elaborarunt Bibliothecae Regiae, inter alia eiuſdem Biblioth. mſs. Samaritana & hunc Pentateuchum tritaplon

 Pei-

(*a*) Pars altera operculi inſignia gentilitia habet Cardinalis Fr. Barberini, & Peireſcii.

(*b*) Catalogue des mſs. de la Biblioth. du Roi de France Tom. I. p. 40.

Peireſcii retuliſſe. Monuit iam hoc doctiſs. Iac. Ionas Biornſtahl [nuperrime in itineribus maiori litterarum orientalium damno quam ſuo extinctus] in litteris, quas dedit ad cel. Gabrielem Fabricy (*a*): „ C'eſt une grande mépriſe, [ita queritur] & plût „ a Dieu que pour le bien des lettres, „ & de la Bibliographie, il n'y en „ eût point d'autres! C'eſt, dis-je, „ une faute dans le Catalogue des „ mſs. de la Bibliothéque du Roi de „ France, que d'y avancer que la „ même Bibliothéque poſſede en „ trois langues le ms. Samaritain de „ Peireſc. Il eſt conſtant, que parmi tous les mſs. Samaritains que ce „ ſçavant homme a poſſedés, il n'a „ jamais eu qu'un ſeul Pentateuque „ de cette eſpéce, comme M. de Peireſc

(*a*) Ad calcem oper. des Titres primitifs de la revelation &c. Tom. I. inſertae ſunt hae litterae a pag. 374. ad 385.

„ reſc le dit lui-même dans ſa let-
„ tre au Pere Morin [Antiquit. Ec-
„ cleſ. Oriental. pag. 182. 183. 186.
„ conf. pag. 258] A l'endroit cité du
„ même Catalogue, il eſt encore dit
„ que le ſoi-diſant ms. triglotton de
„ Peireſc eſt mutilé au commence-
„ ment, & qu'il y manque les premi-
„ ers XXIV. Chapitre de la Géneſe:
„ l'on devoit dire les XXXIV. qui effe-
„ ctivement n'y ſont point. J'ai bien
„ vû les mſs. Samaritains qu'on a dans
„ cette vaſte & immenſe Bibliothe-
„ que du Roi; mais je ne puit me
„ rappeller s'il y en a quelqu'un en
„ trois langues; je doute même fort,
„ qu'il s'en trouve en Europe un pa-
„ reil ou nôtre. Le P. Morin parle
„ uniquement de celui-ci que de Pei-
„ reſc lui avoit prété. Voyez ſa let-
„ tre [Antiq. Eccleſ. Orient. p. 198.]
„ & ce qu'il dit dans la préface à la
„ Polyglotte de Paris, où il donne
„ une notice de quatre mſs. Samari-
„ tains


„ tains dont il s'etoit ſervi, entre leſ-
„ quels il n'y en avoit qu'un en trois
„ langues [Confer. Morini Exer. 1. in
„ Pentat Samar. p. 10.] La faute que
„ je viens de relever, eſt fort pardo-
„ nable à Jean Chriſt. Wolfius [Bi-
„ blioth. Hebr. Hamburg. 1721. p. 2.
„ pag 472.]. Ce ſçavant étoit à Ham-
„ bourg & non pas a Paris, n'ayant
„ point d'ailleurs le ms. devant ſes
„ yeux; mais l'on ne peut pas en
„ dire le même du P. de Long [Bi-
„ blioth. ſacr. tom. 1. p. 85. ſeq.]; & c'
„ eſt peut-être de lui qu'eſt venue
„ toute cettê inadvertance. Cepen-
„ dant il ne falloit que ſçavoir lire,
„ quand on tenoit le ms. entre ſes
„ mains, & ne pas copier les fautes
„ des autres. Quelle foi peut-on dé-
„ ſormais ajoûter a l'hiſtoire litterai-
„ re, lorſqu'une ſimple liſte de livres,
„ faite ſur le lieu, eſt ſi fautive. Enfin
„ c'eſt à Rome, & non à Paris „ [Haec
notitia non inutilis eſt eruditis, qui
ad

ad loca dubia interrogare ſolent mſs.]
„ que l'on doit chercher ce fameux
„ ms „

His addere poſſumus epiſtolam, quam de hoc Pentateucho ſcripſit Baro de Riantis filius fratris Peireſcii, quamque in ipſo noſtro Codice ms. invenimus: *Riceverete con queſta un eſtratto del teſtamento della b. m. di Monſieur Peireſc mio zio, nel quale vedrete, che il legato fatto all'Eminentiſſimo Sig Cardinale Barberino è del Pentateuco Samaritano, di cui Monſieur de Valaves diede avviſo a S. E. da Parigi, ed anche da qui nel ſuo ritorno*. Datae ſunt hae litterae Aquis Sextiis [*Aix*] d. 2 febr. 1638., neſcio verò ad quem ſunt ſcriptae.

Aetatem Codicis noſtri notatam invenies, L. E., tribus in locis; ad calcem nempe libri Levit. Numer. & Deuteronomii, cum aliqua tamen differentia in hoc ultimo loco, quam ortam putamus ex eo, quod recentiori manu de-

deſcriptus videtur liber Deuteronomii. Quae ad calcem libri Levit., & Numer. leguntur, huiuſmodi ſunt:



Et hoc [*ſcriptum eſt*] *in menſe Rabia ſecundo* [*Aprili*] *ann.* 624. *Regni Iſmaelis*, h. e. ann. Chriſti 1243. (*a*) In

(*a*) Non ſemper eam habere mſs. aetatem, quam ea, quae ad calcem plerumque adiecta ſunt, praeſeferunt, obſervat docte admodum cel. Eques I. D. Michaelis in Introduct. in ſacros Novi Foeder. Libros edit 3. Tom. I. p. 333. Goetting. 1777. Recentiores nempe amanuenſes e vetuſtiori Codice ms., quem ante oculos habuere, deſcripſerunt ſaepe annum & cetera, quae erant ad calcem, idque ex induſtria

Digitized by Google


In fine vero libri Deuteron. ſequens epigraphe invenitur :

ꟷ

ſtria, ut integrius referrent editionem, quam deſcripſerant. Sic ad calcem Codicis ms. Chaldaici Bibliothecae Barberinae (qui continet Librum Evangeliorum, quae toto anno leguntur) haec habentur :

ܫܠܡ ܘܐܫܬܡܠܝ ܒܥܘܕܪܢܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ
ܟܬܒܐ ܕܦܪܘܫ ܩܪܝܢܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܟܠܗ ܫܢܬܐ
ܒܬܚܘܡ ܡܬܐ ܒܒܠ ܦܛܪܘܣ ܕܡܢܝ ܠܡܫܝܚܐ ܒܫܢܬ
ܕܘܪܝ ܒܐܘܪܗܝ ܕܒܠܐ ܡܕܝܢܬܐ ܒܠܐ ܐܬܪܐ
ܡܫܝܚܐ ܦܛܪܘܣ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܒܥܣܪܝܢ ܘܚܕ ܒܐܕܪ
ܫܘܒܚܐ ܠܥܠܡܝܢ ܀

Perfectus, & abſolutus eſt auxilio D. N. Ieſu Chriſti liber Evangeliorum, quae toto anno leguntur, in Meſopotamia, in ditione civitatis Babel per manus humilis Petri an. 300. poſt Aſcenſionem Domini noſtri ad Caelum, die 21. Martii. Laus Deo in aeternum. Et tamen pag. 142. col. 1. lin. 5. reperiuntur lectiones Paſchatis, & Paſſionis collectae ex quatuor Evangeliſtis iuxta emendatio-



tionem Thomae Heraçleenſis Epiſcopi Germanitiae, quem poſt annum ſexcenteſimum (vid. I. S. Aſſeman. Biblioth. Oriental. Tom. 2. pag. 90. 95.) vixiſſe novimus. Si vera eſſet haec epigraphe; aetate antecederet hic Codex omnes omnino Codices manuſcriptos, Dioſcoridem Vindobonenſem, Virgilium Mediceum, & Vaticanum, Codic. Vatican. Alexandr. & Cantabrig. V. & N. Teſtam.; tum & fragmentum Borgianum Coptico-Graecum Evangel. Iohannis &c. (illud nempe quod poſſidet nunc cel. Praeſul Stephanus Borgia Sacr. Congregat. de Propag. Fide a Secretis, qui illud paucos ante menſes ex Aegypto accepit); quorum ſinguli, ſi excipias Herculanenſia volumina Graeca, ex doctorum conſenſu vetuſtiſſimi habiti ſunt omnium manuſcriptorum.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Finitus eſt [*hic Codex*] *auxilio Dei aemulatoris die lunae d.* 14. *menſis Giamadi* 2. [*Iunii*] *qui reſpondet* (*a*) *d.* 24. *menſ. Tamus ann.* 799. h. e. Chriſt. 1396. Difficultatem conciliandi haec cum illis, quae leguntur ad calcem libri Num. & Levit. expediendam relinquimus doctioribus; niſi nobiſcum credere velint librum Pentateuchi exaratum eſſe tempore remotio-

(*a*) Incipit enim aera vulgaris Mahumedanorum (الهجرة) ſecundum pleroſque ann. period. Iul. 5335., Chriſti 622. Vid. Ed. Pocock Specim. Hiſtor. Arabic. pag. 174.

tiori(*a*). Hoc ſaltem monere voluimus, vocem ࠂࠌࠃࠉ [menſis Giamadi] ſcriptam eſſe a manu recentiori ſupra aliam penitus eraſam.

Verſio Arabica, quae columnam mediam occupat in noſtro Codice, & ſcripta eſt litteris Samaritanis, penitus fere hucuſque ignota fuit eruditis; numquam enim neque integra, neque pars eius ex hoc manuſcripto prodiit in lucem. Fluxit haec verſio e textu Hebraeo-Samaritano, quem litteraliter reddidit eius auctor, mirumque in modum intellexiſſe videtur. Diſcrepat hinc multum a verſione Arabica R. Saadiae Gaon perfecta circa ann. Chr. 900. in uſum Iudaeorum, qui tunc temporis ſub Sarace-

(*a*) Id quoque ſuſpicatur ampliſſimum litterarum decus cel. Auguſtinus Antonius Georgius (Eremitarum Auguſtinenſium Procurator Generalis) cui cum hanc propo-

racenis degebant (*a*), hunc nempe paraphraſten potius agere quam interpretem aſſeruere quamplures, & ipſe-

---

poſuiſſemus difficultatem, nobis haec reſcripſit: *In hac ſupputandi ratione littera prima ponitur monadica, & ſolitaria, deinde compoſita ex denaria, & monadica, tertio ex centenaria, & monadica, quarto, & poſtremo ex centenaria ſimplici. Varia enim eſt praeſertim in Arabum mſs. numerandi licentia, ut nemini mirum videri debeat, ſi haec noſtra annorum ſupputatio a vulgari & uſitata recedat.*

His adde, quod ſcriba Samaritanus ita numerales Arabum litteras in eas, quae gentis ſuae propriae ſunt, fortaſſe converterit, ut ſimul domeſticum, ac vernaculum morem in hac epocha deſcribenda retinere ſtuduerit. Nam ࠒ 100. *poſt maiorem numerum ultimo loco Samaritani collocant in* ࠕࠒ 500. ࠕࠕࠒ 900. *ſic in* ࠕࠓ 600. & ࠕࠔ 700.

ipſemet ſum expertus (*a*). Utrum vero antiquius decernere nequeo, nolo enim confidenter nimis cum lectoribus agere, ut ſolent illi, qui in rebus quammaxime dubiis iudicis perſonam ſuſtinere audent, quamvis artis criticae non magnopere peritos ſe prodant. Ut ipſi iudicare quodammodo valeant eruditi de huius verſionis indole, deſcripſimus partem eius integram, quam tibi, Lector Erudite, hic oculis ſubiicimus. Cum nemo ante nos hoc fecerit, id gratum fore iis ſperamus, qui operam dant criticae ſacrae, linguiſque Orientalibus, de cuius ſtudii utilitate, quantum nempe illud conferat ad certiorem, ſolidiorem, & profundiorem verbi Divini

(*a*) Rarus admodum eſt hic liber; idcirco hic titulum eius adiicere nobis viſum eſt, quem deſcripſimus in Bibliothec. Caeſarea Vindobonenſi, ubi ſervatur, emptus

ni interpretationem, religioniſque ab ignorantia vindicationem; quoniam multi dixerunt eruditi, praetereundum putamus; eo magis, ne per inſolentiam quis exiſtimet noſmet ſtudium noſtrum laudando extollere voluiſſe. Cel. Edm Caſtellus paucas tantum exhibuit huius verſionis variantes lectiones, non autem ex noſtro Codice, ſed ex ms. Uſſerii,

 qui

---

13. nummis aureis; atque ita ſe habet: Pentateuchus Hebraicus cum Chaldaica verſione Onkelos a latere ſiniſtro, Arabica verſio Saadiae Gaon litteris Hebraicis ſupra marginem textus, Perſica verſio Iacobi Tavvas a latere dextro, & Commentar. R. Salomon. infra margin. Conſtantinop. ann. a mund. cond iuxta epocham Hebraeor. 5306., h. e. ann. Chriſti 1546. Fol.min. De hac verſione Pentateuchi plura apud cel. Pocock. in Praefat. variis eius lection. praef. Tom 6. Polyglott. Angl. Conf. eiuſd. ſpecim. hiſtor. Arab. p. 365.

qui Angliae eſt in Biblioth. Bodleiana (*a*); quique noſtro aetate valde recentior eſt, utpote ſcriptus (*b*) circa annum Chr 1524. Codex vero Peireſcii an. Chr. 1243. [ſi fides habenda eſt iis, quae ad calcem libri Numer. & Levit. leguntur] exaratus eſt.

Selegimus Caput Geneſeos XLIX., quod ob maiorem, qua laborat, difficultatem aptius, quam quod aliud, nobis viſum eſt ad uſum criticum, & ob id gratius philologo. Siſtimus hoc Caput, ut illud invenimus in noſtro Codice ms. abſque omni mutatione, ſecuti nempe admodum religioſe praeceptum optimorum criticorum, qui docent, nihil in deſcribendis mſs. mutandum, nihilque, quamvis exiguum, eſſe omittendum, quod magno

(*a*) Vid. eiuſdem notas ad verſ. Samar. Arab. in polyglott. angl. Tom. 6.

(*b*) Vid. Catalog. mſs. Angliae. Oxonii 1697. par. 1. pag. 156.

gno eruditionis damno neglexerunt editorum plerique. Ut vero maius in ſui commodum omnia vertere poſſit Lector, utque eum expediremus ab improbo labore Arabica legendi cum litteris Samaritanis, textum Codicis reddidimus litteris Arabicis in columna ſpeciminis noſtri ſecunda, quem nempe ſiſtimus litteris Samar. in columna prima, ut eſt in ms. Adiecimus & verſionem Arabicam e Polyglottis Angl., ut facilius verſionis noſtrae ab ea cuique pateret diſcrepantia. Obſervatiunculae, quas adiunximus, inprimis verſantur circa errores amanuenſis, quos potius duximus hic exprimere, quam contra fidem criticam in textu ipſo corrigere. Nolui ad ſingula loca provocare ad textum Hebr., & Samarit., ad verſion. LXX. viralem, Syriacam ſimplicem, &c. magnumque hic exhibere apparatum criticum, brevitati, cui ſtuduimus, contrarium, & doctis ſupervacaneum.

Paucos tamen huius Capitis variantes lectiones e Codice Uſſerii hic e Polyglott. Angl. (*a*) transferre haud abs re alienum duximus. Verſionem Latinam non exhibuimus, quia prorſus inutilis nobis videbatur iis, pro quibus hoc Specimen edimus, criticis nempe ſacris Orientalium linguarum peritis. Saepius ad errorem varios doctos induxere tales verſiones Latinae, quae plerumque mendoſae ſunt, cum ex illis ipſi de Oriental. verſionum lectionibus iudicarunt (*b*). Gratius fore puta-

(*a*) Vid. ed. Caſtell. animadv. ad verſion. Samarit. loc. cit.

(*b*) Erudite admodum de his erroribus agit celeber Eques Iohann. David Michaelis in introduct. in ſacros Nov. Foeder. libros Tom. I. pag. *695*. edit. 3. Goettingae 1777. in 4. Vid. eiuſd. curas in Actus Apoſtolor. Syriacos § 7. Confer eruditiſs. Ioh. Bernardum de Roſſi Parmae Profeſ. Linguar. Oriental. in Commentar. hiſtor. nuperrime edito

putamus Lectori hic nos adiicere litteras VI. Arabicas, quibus carent Samaritani, ſimul & illas, quibus earum loco uſus eſt Samaritanus noſter in hac verſione Arabica exarata litteris Samaritanis, has enim numquam impreſſas vidimus. Quare pro ث Samarit ſcribit ࠕ̈, vel ࠕ̄, tum pro

خ ——— ࠇ̄ ࠇ̇ vel ࠇ̀

ذ ——— ࠃ̇ ࠃ̄ vel ࠃ

ض ——— ࠑ̇ vel ࠑ̄

ظ ——— ࠈ̇ vel ࠈ̄

غ ——— ࠏ̇ ࠏ̄ vel ࠏ́

Eadem ratio ſcribendi Syrorum, quam *Charſciun* appellant, omnibus eſt no-

---

edito impenſis clariſſimi Praeſulis Ioh. Mariae Riminaldii, qui eſt de Typographia Hebraeo-Ferrarienſi pag. 55. & 60.

ta (*a*). Sed paucis forte conſtat Chriſtianos S. Thomae nuncupatos in ora Malabarica, eadem quoque uti ſcribendi ratione, dum Malabarica nempe iidem reddunt litteris Eſtranghelis mirum in modum diſtortis, & vice verſa Chaldaica litteris Malabaricis. Hoc [inter alia multa] primum nos docuit cel. Stephanus Borgia (*b*) Sacrae Congr. de Propag. Fide a Secretis, poſteaque confirmatum nobis fuit a Miſſionario quodam Malabarico, qui Romam

(*a*) Eius originem docet Georg. Mich. Amira Edenienſis e Monte Libano in Grammat. Syr. Romae edit. 1596. in 4. p. 22. Gabr. Sionita, & Fauſtus Nairon. in Praefat. N. T. Syr. & Arab. Rom. 1707.

(*b*) Vid. doctiſ. eiuſdem Commentar. de Cruce Vaticana, Romae edit. 1779 fol. min. pag. 46. annotat. 10. ad ritum ſalut. Cruc. in Eccleſ. Antioch. Syror. ſervat., ab eo e Cod. ms. Colleg. Urban. primum Syriace editum.

mam nuper venit, & qui nobiſcum huius rationis ſcribendi Specimen benevole communicavit. Plura a nobis tibi dicenda haud ſuperſunt, Lector Erudite; at unum reſtat, ut faveas huic opuſculo, quod ullam plane, niſi triſtis forte diligentiae laudem conciliare nequit auctori. Optabamus hanc integram Codicis Barberini [quandoquidem huius Bibliothecae praefecti doctiſs. Caſparis Garatonii non ſatis erga nos laudare poſsumus humanitatem] verſionem Arabicam hic tibi exhibere; ſed cum hoc ob iter, quod inſtat, facere nequeamus, pauca alia difficiliora Capita edituri ſumus, quae deſcripſimus, ut morem gereremus amico optimo, viro doctiſſime erudito Claudio Frees Hornemano [Theologiae doctori, & prof. public. ordin. Theol. in Academia Regia Haunienſi] quem adeo veneramur, & amamus, ut eius ſolo nomine recreari nos videamur. Is variis ad nos datis

lit-

litteris ad multa loca cum hoc ms. conferenda excitavit, nobiſque iam deſcribentibus auctor fuit, ut hoc qualecumque Specimen ederemus. Haec fuit tota conſilii noſtri ratio, quam te ſcire aequum erat. Vale. Scripſ. Romae die 10. Aprilis 1780.


GENES. CAP. XLIX.

VERSIONIS ARABICO-SAMARITANAE

E CODICE MS. BARBERINO.

Digitized by Google

VERSIO ARAB. LITT. SAMAR.



Animad. in Text. Arabico-Samarit.

1  *elif* ante *vau* ſervile in fine ſemper fere omiſit noſter, quod numquam negligere ſolent Arabes. Deſcriptor Samaritanus, vel Hebraeus imitatum eſſe hic videtur orthographiam linguae ſuae, quae hoc *elif* ante *vau* ſervile in fine verborum non habet. Hebraeorum eodem modo fecerunt amanuenſes in deſcribendis Codicibus Hebraicis V. Teſt, cum ſub Saracenorum (a ſaecul. VIII. ad XI.) im- rio degebant, & arabice loquebantur. Scripſerunt nempe ſaepius קטלוא cum

EAD LITT. ARAB.	VERS. POLYGLOTT.
1 استدعى يعقوب بنيه وقال اجتمعو لاخبركم بما يغشاكم في عاقبه الايام۞	1 ثم دعا يعقوب بنيه وقال اجتمعوا ابارك فيكم واخبركم بما ينالكم في اخر هذه الايّام۞
2 اجتمعو و اسمعو	2 اجتمعوا واسمعوا

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

hoc *elif* ante *vau* ſervile, quod pro vitio ſcribae habendum eſt, non pro arabiſmo, ob recentiorem aetatem orthographiae Arabicae. Vid. cel.Equit. Ioh.David Michaelis gramm. Arabicam p. 37.

2 [Samaritan text] omiſſa eſt lineola ſupra litteram [Samaritan text], qua indicare ſolet Arabicam خ.

3 [Samaritan text] puncta ſuper [Samaritan text] femininum neglexit.

VERSIO ARAB. LITT. SAMARIT.

[illegible] 4 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] 6 [illegible] 5
[illegible]
[illegible]

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

4 [illegible] · [illegible] ſine *elif* ante *vau* ſervile, ut ſupra.

5 [illegible] neglexit punctum litterae [illegible], quo exprimere ſolet Arabum ض.


6 [illegible] . [illegible] femin. ſine

EAD. LITT. ARAB.	VERS. POLYGLOTT.
يابني يعقوب واسمعو من اسرايل ابيكم ۞	ذلك يا بني يعقوب واقبلوا من اسرايل ابيكم ۞
3 راوبن بكري انت حيلي واول قوتي فاضل الرفعة وفاضل العز ۞	3 يا راوبين انت بكري وقوتي واول نيلي مفضل في الشرف مفضل في العز ۞
4 ما جرعت من الما لا تفضل اذ صعدت مضجع ابيك حين بدلت فرشي صاعدا ۞	4 والان بنهلة من ماء لا تفضل اذا صعدت على مضجع ابيك حينين مما تبدلت تخلص ۞

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.


punctis, quae alias ſemper fere inveniuntur in Codicibus Arab. vel negligenter admodum ſcriptis.

VERSIO ARAB. LITT. SAMARIT.



Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

7  deficit punctum litterae .
8  cum س ; apud Arab. polyglott. cum ش .

9  in hac voce accurate lineolam adiecit litterae , qua exprimere ſolent Samaritani Arabum خ .

10  cum affixo plurali هم pro duali هما . In ſermone vul-

EAD. LITT. ARAB.	VERS. POLYGLOTT.
5 سمعان ولاوى	5 وشمعون ولاوى
اخوان حساظلم	اخوان فى الة
مقاطعهم ۞	الظّلم فرصهما ۞
6 فى سرّهما لم تدخل	6 وفى عصبهما لم
نفسى وبجمويقهما	تدخل نفسى وفى
لم يشتد جلالى اذ	جوقّهما لم تجمع
بوجدهما قتلا	داتى لانّهما بغضهما

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

gari non utuntur Arabes numero duali ſuffixorum, aliter vero ſe habet, cum ſcribunt docte, tunc enim accurate obſervare ſolent differentiam inter pluralis numeri ſuffixa & ſingularis. Noſter quoque hanc aſſervavit pluribus in locis, rectius legit ms. Uſſer. apud E.Caſtellium in polyglott. angl. Tom. 6. pag. 6. حسماظلما مقاطيعهما.

VERSIO ARAB. LITT. SAMARIT.

[illegible] 11 [illegible]
[illegible] 12 [illegible]
[illegible]
[illegible] 13 : [illegible]
[illegible]
[illegible] 14 [illegible]
: [illegible]
[illegible]

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

11 [illegible] omiſit teſchdid ſupra [illegible] quod tamen in nonnullis locis accurate poſuit.

12 [illegible] ſine puncto ſupra [illegible].

13 [illegible] abſque puncto litterae [illegible]. Omiſit hic quoque punctum, quo ſingulas

EAD. LITT. ARAB.	VERS. POLYGLOTT.
الرجل وبرضاهما	قتلا امة وبرضاهما
خربا سوره ۞	قلعا سورهما ۞
7 ابهج وجدهما	7 فمذموم غضهما
انه عزيز وصحبتهما	ما اعزه وجيهما ما
انها وثيقة اجزيهما	اصعبها اقسمهما
في ال يعقوب	في آل يعقوب وابدد
وابددهما في	هما في آل اسرائيل ۞
اسرايل ۞	
8 يهودا انت	8 وانت يايهودا

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

voces inter ſe ſeparare ſolent Samaritani. Ob hanc & aliam negligentiam amanuenſis difficile redditum mihi eſt ſaepiſſime aſſequi ſenſum verſionis, & hunc reddere litteris Arabicis.

14 [illegible] deficit punctum litterae [illegible].

VERSIO ARAB. LITT. SAMARIT.

[illegible] 15 [illegible]
[illegible] 16 . [illegible] . [illegible]
. [illegible] 17 . [illegible] . [illegible]
. [illegible]
[illegible]
[illegible]
: [illegible] . [illegible]
: [illegible] . [illegible] . [illegible]
: [illegible] 18 . [illegible]

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

15 [illegible] Ms. Uſſerii apud Caſtell. legit [illegible] ſine [illegible] .

16 [illegible] ſine puncto [illegible] feminini more ſolito .

VERS. POLYGLOTT.	EAD. LITT. ARAB.
ينشدك اخوتك	يشكروك اخوتك
ويدك في اقفاء	يداك بعرف
اعدايك ويخضع	اعدايك ويسجد لك
لك بنو ابيك ۞	بنو ابيك ۞
و تكون يا يهوذا	و جرو الليث يهودا
كشبل اسد لانك	على الفريسة يابنى
خلصت اني من	علوت جاثم رابض
القتل اذا جثم	كالليث وكاللبوة من
وربض كاسد ولبوة	يثيره ۞
من ذا يقيمه ۞	

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

17 ࠋࠀ pro ࠋࠀࠀ, ſed abeſt medda litterae ࠀ.

18 ࠕࠌࠋࠋࠀ omiſit lineolam ſupra ࠕ, qua indicant Samaritani Arabicam litteram ث. Efferunt Arabes fere eodem

VERSIO ARAB. LITT. SAMARIT.

[illegible] 19 [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

20 [illegible]

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

modo ت & ث ſcribuntque hinc frequenter ت ubi ſcribendum foret ث. Multa huius rei exempla video in dies, ſed aliter praecipiunt docti, quamquam & hi (ut plerumque fieri ſolet) aliter faciant, ac praecipiunt; ſaepiſſime enim & eos ث, efferre & ſcribere ت (*te*) audivi, & ocu-

EAD. LITT. ARAB.	VERS. POLYGLOTT.
10 لا يزول القضيب	10 لا يزول القضيب
من يهودا والمرسم	من يهودا والرسم
من بين بنوده حتى	من تحت امره الى
ياتي مستحقه واليه	ان يجى الذى هوله
تنخذ الشعوب ۞	واليه تجتمع
	الشعوب ۞
11 يغبط في الجفن	11 رابطا الى
عيره وفي السيروقه	الجفن جحشه

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

lis vidi. Forte & Arabs noſter eamdem ob cauſſam ࠔ ſcripſit pro ࠔ̃ (vel ࠔ) ut nempe pronunciabat Arabicam litt. ث. 19 ࠀࠋࠁࠓࠌࠇࠄ omiſit more ſolito puncta ࠄ femin. eodem modo in voce mox ſequenti ࠉࠁࠀࠋࠋࠃࠉࠄ: 20 ࠃࠂࠉࠑࠄ cum textu Hebraeo-Samarit. congruit, hic enim דגלין legit:

VERSIO ARAB. LITT. SAMARIT.

[illegible] 21
[illegible]
[illegible] 22
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

21. [illegible] Codex Ms. Uſſerii apud cel. Edm. Caſtell. loco citato hic legit [illegible].

22 [illegible] Textum Hebraeum vel Hebraeo-Samaritanum ([illegible] אמרי) mire reddidit noſter hoc loco per [illegible] proſper eſt, beatus, vel hilaris. Suſpicor hic errorem ab amanuenſi

EAD. LITT. ARAB.	VERS. POLYGLOTT.
بنى اتانتـه يغسل	وللسوريق بنى اتانه
بالخمـــر لبـاسـه	غاسلا بالخمر لباسه
وبعصـير العـنـب	وبدم العـنـــب
كسوته ۞	كسوته ۞
12 مزوّر العينين	12 مزوّر العينين
من الخمـر وابيض	اكـثر من الخمـــر
الاسنان من الشحم.	ومبيّض الاسنان
	اكثر من اللبن ۞
13 زبولن سواحل	13. زبولـــون فـى
البحر يسكـن وهو	سواحـــل البحـــر

Animvdverſ. in Text. Arabico-Samarit.

eſſe commiſſum, & legendum ࠀࠎࠓࠉ *ligavit*. Erravit forte amanuenſis, & doctus quidam corrector poſuit lineolam ſupra ࠉ, (hanc nempe & adiicere ſolent Samaritani cum vox ambigua ſit, vel littera abeſt, quae adeſſe debet) velut mon-

VERSIO ARAB. LITT. SAMARIT.

[illegible] 23
[illegible] 24
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] 25 [illegible]

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

ſtraret lectori ſe dubitare de huius litterae genuitate.

23 [illegible] Teſcdid ſupra [illegible] omiſit, mox infra poſuit in voce [illegible].

24 [illegible] (candidior) pinguedine. Diſcrepat a textu Hebraico,

EAD. LITT. ARAB.	VERS. POLYGLOTT.
سواحـــل السفن	يسكن وفى ساحله
ومنـتهـــاه ـــالى	سفن وطرف تخمــه
صيدا ۞	الى صيدا ۞
14 يششكر حمول	14 ويسّاخار كجسم
وقور رابض بين	منفرد رابض بين
المرتبتين ۞	صفين ۞
15 فينظر المقرّ انه	15 ثمّ يرى الرّاحة
طيب والارض انها	ما اجودها والارض
لذيذة فيميل كتفه	ما انعمهـــا فيمـــدّ

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

& polyglott. anglic., qui uterque habet מחלב . من اللبن .

25 ࠄࠌࠀࠓࠀࠓࠁࠋࠀ . ربت

ordo, dignitas, officium. Mire diſcrepat noſter a textu Hebr. & Arab polyglot. in toto hoc verſu.

VERSIO ARAB. LITT. SAMARIT.

[Samaritan text]

[Samaritan text] 26 . [Samaritan text]

[Samaritan text] 27

Animadverſ. in Text. Arabico Samarit.

26 [Samaritan text] . Ad litteras hic reddidit textum Hebraic. ויהי למס עבד - الخراج hac voce pro expenſis omnis generis in ſpecie pro tributo utuntur. Arabes.

EAD. LITT. ARAB.	VERS. POLYGLOTT.
للحمــل فيصيــر	عنقــه للنّقــل
لخراج عاملا ۞	ويصير خادمًا ۞
16 دن يدين قومه	16 دان يحكم لقومه
كاحد اسباط	كجملة سبط من
اسرايل ۞	بنى اسريئيل ۞
17 يكون دن	17 ويكون كالثّعبان
ثعبانًا على الطريق	على طرىق وكالمعرون
فيحجب على السبل	على السكّة اللآسع
اللانغ عقب	عقب الفرسى فيقع
الفرس فيلقى	الى وراه ۞
راكبه ۞	

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

27 ࠕࠏࠁࠀࠍࠀ hic accurate noſter expreſſit accuſativum more ſolito Arabum doctorum, cum elif & nunatione. In antiquiſſimis Arabum mſs. quae mihi contigit videre, inveni hunc accuſativum ſcri-

VERSIO ARAB. LITT. SAMARIT.

[illegible] 28 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

ptum cum elif. Cum Puteolis eſſem eumdem eo modo expreſſum vidi in aliqua inſcriptione kuphica, & poſſideo ex dono eruditiſſimi, meique amiciſſimi Iohan. Chriſtophori Amadutii (digniſſimi Praeſidis Typographiae Sac. Congr. de Propaganda Fide) inſcriptiones quaſdam kuphicas, ſibi a Sicilia, (ubi fuerant detectae) miſſas, ex

EAD. LITT. ARAB.	VERS. POLYGLOTT.
18 قهقرا لمغوثبك	18 يقول رجـوت
رجوت بالله ۞	غرثك ياردى ۞
19 جـد كـردوس	19 وغاذاى كردوس
يـكـردسه وهـو	تكـردس عـليـه
يـكـردس فى	فهويـد اعقـابه ۞
الساقة ۞	
20 اشـر الـدسم	20 واشبر طعامه :
غذاوه وهو يعطى	سمين وهو يعطى

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

quibus ea, quae prolixior eſt, accuſativum eodem modo cum elif exhibet. Sed vel in inſcriptionibus Perſepolitanis, quae kuphicae ſunt, hoc elif reperias, & antiquiſſimum videtur, licet eius aetatem, haud determinare valeo.

28 ࠁࠌࠇࠉࠕࠀ abſcondit ſe: quam lectionem contextus analogia admittit.

VERSIO ARAB. LITT. SAMARIT.

על

-[illegible] 29 -: [illegible]

. [illegible]

[illegible]

[illegible] 30 [illegible]

. [illegible] 32 · [illegible] 31

-: [illegible]

. [illegible]

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

29 [illegible] neſcio quid illud על ſibi velit, quod ſupra hanc vocem invenitur, ſcriptum cum litteris Hebraicis.

30 [illegible] notandum teſdid ſupra [illegible], quod alias exprimere non ſolet noſter.

31 [illegible] more ſolito omiſit puncta [illegible] femin.

EAD. LITT. ARAB.	VERS. POLYGLOTT.
من لذات الملوك :	ملاّذ الملوك ۞
21 نفتلى ايّلـــه	21 ونفتالى كايلـة
مرسلـــة النـــات	مرسلة يردّد اقـوال
اقاويل الحسنا ۞	الحسنى ۞
22 غصـــن مثـر	22 ويوسف ابن
يوسف غصن مثمر	مثمر كغصن مثمر
على عيـــن ابنى	على عـين ماء له
صغيرى على سور ۞	عروق قد امتـدّت
	على سور ۞

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

32 ࠔ̇ࠌࠁࠓࠌ potius ࠁࠓࠌ ࠔࠌ cum ࠔ pro ࠔ̇, error forte ſcribae. Exprimunt Samaritani Arabicum ث per ࠔ̇, vel ࠔ̄, ut in ſequenti voce ࠇࠁࠔ̄ࠁ apparet, quam & ࠇࠁࠔ̇ࠁ ſcripſit.

VERSIO ARAB. LITT. SAMARIT.

. [illegible] . [illegible] . [illegible]
[illegible] . [illegible] 33 . [illegible]
. [illegible] 34 : [illegible]
[illegible] 35
[illegible]
[illegible] . [illegible]
[illegible] 36 : [illegible]

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

33 [illegible] Ms. Uſſer. apud Caſtell. loc. cit. legit صعبرى : noſter rectius صغيرى .

34 [illegible] poſt [illegible] craſa eſt littera in ms., cuius veſtigium non remanet.

35 [illegible] ſcribendum puto [illegible] ; alias enim

EAD. LITT. ARAB.	VERS. POLYGLOTT.
23 فخـــالـــفـــاه	23 ومرمروه فكثروا
وخاصماه وتحنقـــه	وتهـددّه اصحـــاب
اصحاب السهام ۞	السّهام ۞
24 فاقـامت ـــ على	24 فبتت قوسه في
الصـــلابه قـــوسه	صلابـة واهـــتزّت
وحليّت اذرعة يديه	نراعاه من طاعـــة
من قبـــل سيـــد	جليل يعقوب من
يعقوب من قبـــل	ثم رعاذات اسرائيل.
مراعي جوهر اسرايل.	

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

nullus prorſus oritur ſenſus: erravit amanuenſis, dum ſcripſit [illegible] pro [illegible].

36 [illegible] cum teſcdid: in voce ſequenti [illegible] etiam punɕta adſunt [illegible] femin., quae alias frequenter negligere ſolet noſter. [illegible]. Ms. Uſſer. apud Caſtell. loc. cit. [illegible].

VERSIO ARAB. LITT SAMARIT.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] 37 : [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] 38 . [illegible] : [illegible]

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

37 [illegible] . [illegible] cum litteris Arabicis reddidi من ولى ابيـــك , ex mente, ut puto, translatoris. Omiſſum eſt punctum, quo verba ſingula ſeparare ſolent Samaritani, quod frequentiſſime neglexit noſter. Eadem lectio in codice Uſſer. apud Caſtell. loc. cit.

EAD. LITT. ARAB.	VERS. POLYGLOTT.
25 من ولى ابيك فليعينك والقادر الكافى يباركك بركه السما من فوق بركه الغمر رابضه من تحت بركة الثدايا والفرج ۞	25 أسأل من الله ابيك ان يعينك ومن الكافى ان يبارك فيك بركة السماء من العلو وبركات الغمر الرابضة سفلا وبركات الثدى والبطون ۞
26 بركة ابيك	26 وبركات ابيك

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

38 ࠅࠁࠏࠌࠐ haec vox cum ࠐ ſcripta, neſcio quid ſibi velit; potius ࠅࠁࠏࠌࠒ cum ࠒ (Hebraic. עמק); quod contextui reſpondet. Forte iterum peccavit amanuenſis ſcribendo ࠐ pro ࠒ.

VERSIO ARAB. LITT. SAMARIT.

[illegible] 39 [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] 41 [illegible] 40 [illegible]

Animadverſ. in Text. Arabico Samarit.

39 [illegible] iterum accurate adſunt puncta [illegible] femin.

40 [illegible] rectius [illegible] ſine virgula litterae [illegible] حطوي.

EAD. LITT. ARAB.

وامك تعظم على
بركة والدى حتى
شهوة اشوخ تكون
للريس يوسف
ولجمجام ناسك
اخوته ۞

27 بنيامين ذيب
خطوف بالغداه
يغنم الحلى وفى

VERS. POLYGLOTT.

تتضاف الى
بركات اسلافى
والى ما اشتهى
يفاع الدهر ويكون
الجميع على راس
يوسف وهامة ناسك
اخوته ۞

27 وبنيامين
كالذيب يفترس
بالغداة ياكل نهبا

Animadverſ. in Text. Arabico-Svmarit.

41 [Samaritan] verſu 20. eamdem vocem ſcripſit [Samaritan] cum puncto ſupra [Samaritan], hoc loco omiſit punctum. Nullam plane differentiam obſervare ſolent Arabes inter ذ & د quando vul-

VERSIO ARAB. LITT. SAMARIT.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] :

[illegible] 42 [illegible]

[illegible]

[illegible] 43 [illegible]

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

gariter loquuntur Arabes, utramque litteram efferunt dal, & ſaepiſſime ſcribunt د pro ذ pronunciationem nempe ſecuti. Multa huius rei exempla in dies hic video, & audio, notatuque illud cenſeo haud indignum.

42 [illegible]

EAD. LITT. ARAB.	VERS. POLYGLOTT.
العشا يقسم	وبالعشى يقسم
السلب ۞	لسلب ۞
28 كل هولا اسباط	28 هذه جماعة
اسرايل اثناعشر	اسباط اسرايل ثم
وهذا الذى	اثنى عشر سبطا
خاطبهم ابوهم	وهذا ما قال لهم
وباركهم كل امرئ	ابوهم وبارك فيهم
بحسب بركته	كل امرئ على حسب

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

vitioſe admodum hic poſuit punctum poſt [Samaritan], & [Samaritan] ſuffixi cum ſequenti voce connectit: rectius [Samaritan] [Samaritan] ſcribendum cum puncto poſt [Samaritan]; alias enim nullus orietur ſenſus.

43 [Samaritan] error forte amanuen-

n

VERSIO ARAB. LITT. SAMARIT.

ࠀࠍ . ࠀࠋࠕࠉ . ࠀࠔࠕࠓࠉ.
ࠀࠁࠓࠄࠉࠌࠀࠋࠇࠒࠋ . ࠌࠍ.
ࠏࠐࠓࠅࠍ . ࠀࠋࠇࠕࠉ . ࠇࠅࠆ
ࠒࠁࠓ : ࠄࠍࠀࠊ . 45ࠃࠐࠍࠅ.
ࠀࠁࠓࠄࠉࠌ ࠅࠎࠀࠓࠄࠆࠅࠂ
ࠕࠄ ࠅࠄࠍࠀࠊ . ࠃࠐࠍࠅ :
ࠀࠎࠇࠒ ࠅࠓࠁࠒࠄ . ࠆࠅࠂࠕࠄ
ࠅࠄࠍࠀࠊ . ࠃࠐࠍࠅ . ࠋࠀࠄ :
ࠔࠓࠉ . ࠀࠋࠇࠒࠋ . ࠅࠀࠋࠌࠏ

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

(*Vid. Abulfedae Tabul. Syriae pag.* 5. *ex edit. Ioh.Bernard.Koehler.Lipſ* 1765.*in* 4.) Apud Syros, & Arabes hodiernos Damaſcus شام appellatur.

45 ࠃࠐࠍࠅ pro certo habeo ex

EAD. LITT. ARAB.	VERS. POLYGLOTT.
اشتـرى ابرهـيـم	الشآم التى اشتراها
الحقل من عـفرون	ابراهيم من عفرون
الحتى حوزقبر ۞	الحتى لخطّة مقبرة ۞
31 هنـاك دفنــو	31 ثم دفنوا ابراهيم
ابـرهــيم وساره	وسارة زوجـتـه وثمّ
زوجته وهناك دفنو	دفنوا اسحاق وربقـه
اسحق وربقه زوجته	زوجته وثمّ دفـنت
وهناك دفنو لاه ۞	لياآ ۞
32 شرى الحقــل و	32 شرى الضّيعــه

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

errore amanuenſis ࠀ̇ࠓࠁࠏ ſcriptum eſſe pro ࠀ̇ࠓࠁࠏ; neſcio, quid ſibi velit punctum illud ſupra ࠀ, quod hic locum non habet, mox infra rectius ſcripſit ࠀࠓࠁࠏ.

VERSIO ARAB. LITT. SAMARIT.

[illegible] 46 [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

46 [illegible] rectius [illegible] niſi enallagen generis admittere velis; reſpon-

EAD. LITT. ARAB.	VERS. POLYGLOTT.
المغاره التى فيه من	والمغارة التى فيها
قبل بنى حاث ۞	من بنى حيث ۞
33 فلما فرغ يعقوب	33 فلما فرغ يعقوب
وصاة بنيه جمع	من وصيته لبنيه
رجليه الى السرير	ضم رجليه الى
وتوفى واجتمع الى	السرير وتوفى
قومه ۞	وصار الى قومه ۞

Animadverſ. in Text. Arabico-Samarit.

dit enim [illegible], cui & adiunxit relativ. femin. [illegible].

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

F. A. Marcucci Epiſc. Montiſalti Viceſgerens.

DEmandante Reverendiſſimo Patre Sac. Palatii Apoſtolici Magiſtro lubens percurri *Specimen ineditae Verſionis Arabico-Samaritanae Pentateuchi e Codice ms. Bibliothecae Barberinae editum, animadverſionibus adiectis ab Andrea Chriſtiano Hvviid Haunienſi*. Eruditiſ. Auctoris improbum laborem, & ſtudium linguarum Orientalium docti viri commendabunt, & currenti viro calcaria adiicient ad ulteriora, & maiora pro rei litterariae publicae commodo proferenda. Quamobrem & ego Andreae Chriſtiani Hwiidii curas, ac vigilias laudans nihil obſtare cenſeo, quominus Specimen laudatum in publicam prodeat lucem.

Dabam XI. Aprilis MDCCLXXX.

Ioſeph Aloyſius Aſſemanus Linguarum Orientalium in Urbano Collegio Sac. Congreg. de Propaganda Fide praeceptor.

IMPRIMATUR.

Fr. Bruno Toma Ordi. Praed. Rmi P. Magiſtri Sacri Palatii Apoſtolici Socius.

Digitized by Google

ANDREAE CHRISTIANO HWIIDIO

PHILOLOGO ERUDITISSIMO

AUGUSTINUS ANTONIUS GEORGIUS

EREMITA AUGUSTINIANUS *

سلام

ALTER iam annus eſt, ex quo elegantes quidam orientalis litteraturae tuae floſculi, ex Germanis oris ad me officioſiſſime miſſi, tuum mihi nomen, dum nil tale cogitarem, ultro patefecerunt, & quam uberes in hoc campo futurae eſſent ingenii, & induſtriae tuae fruges, auſpicato ſignificarunt. Sed ubi te Romae praeſen-

* *Has litteras a cel. Auguſtino Antonio Georgio [Eremitarum Auguſtinienſium Procuratore generale, & Conſultore Sancti Officii] ad nos datas, in quibus maxima cum doctrina, & critica peritia diſſerit de variis Arabicarum verſionum generibus, adiicimus hic ad calcem noſtri Speciminis; Prologi enim vicem in futuram integrae verſionis Arabico-Samaritanae editionem, defectumque eruditionis, quo laborat noſtrum opus, explere commode poſſe exiſtimamus.*

tem video, & tuum hocce *Arabico-Samaritanae verſionis* Specimen ex celeberrimo Barberinae Bibliothecae Codice excerptum, noſtriſque typis nuper impreſſum, te ita volente, conſidero, longe maiorem certioremque de mentis tuae acumine, tuaeque eruditionis praeſtantia opinionem concipio.

Notiſſima ſunt grandia illa nomina doctiſſimorum hominum, qui ſummis laudibus verſionem hanc in caelum perſaepe extulerunt: at neminem interea novi, qui vel rude aliquod, ſimplexque exemplum, unde eam nativis, & propriis Arabum characteribus expreſſam agnoſcere liceat, nobis adumbratum reliquerit. Labor, ego credo, eos deterruit; nam artis cognitio, inſtrumenta, & exquiſita linguae peritia tantae doctrinae viris profecto non deerat. Quam enim difficile, & operoſum ſit Samaritanas litteras in totidem Arabicas tam accurate vertere, ut verſionis vocabula, quae omnia Arabica ſunt, propriam germanamque ſignificationem retineant, nihilque de ea amittant, ii facile intelligunt, qui ſciunt in Alphabeto Arabum

vi-

viginti & *octo* litteras numerari, in Samaritano vero *duas* tantummodo atque *viginti*, & ſigna ſive puncta diacritica, quibus in hoc Samaritico *Carſciun* (*Ghierſciuni* ab aliis nuncupato) monemur modo unam, modo alteram ex *ſex* deficientibus Arabicis ſupplere, perſaepe negligi, ac praetermitti; eoque vitio genuinam verborum lectionem haud raro ſubtrahi, & mire quandoque ambiguam, incertamque reddi. Praeter puncta ſunt & lineolae horizontales quibuſdam ſuperductae litteris, quarum officium, etſi in pura Samaritica ſcriptione illud ſit, ut lectorem moneat vel de rariori ſignificatu in voce ambigua uſurpando; vel de compendio ſcripturae, vel de motu quieſcentis, aut etiam de inuſitata litterae poſitione, eiuſque in alterius figurae litteram commutatione, vix tamen dubito, quin huius etiam *Carſciuni* ſcriptor ad haec eadem, aut certe ad ſimilia ſignificanda, ſuas haſce lineolas alicubi uſurparit.

Quin & ab erratis amanuenſis cavendum ſedulo erat, ea etiam de cauſſa, quod monente Ludolpho, recentiores Samari-

 tani

tani a priſcis loquendi, ſcribendive regulis haud raro aberrent (1). De his, aliiſque id genus pluribus mecum egiſſe memini, ni mea me memoria fallit, Amicum meum ſingularem, virumque doctiſſimnm Abatem Bernardum de Roſſi A. T. E., Scripturae ſacrae, & Orientalium linguarum in Parmenſi Academia interpretem, qui plura ſcitu digna in hunc ipſum Samaritanum Codicem, dum Romae eſſet, animadverterat. Quae quidem omnia ſatis, ut ego puto, ſuſcepti operis difficultatem demonſtrant. Hanc expertus eſt eruditiſſimus Svecus *Iacobus Ionas Bjornſtahl*, qui binos tantum verſiculos 6. & 11., praeter alias quaſdam obſervationes, Cap. XLIX. *Geneſ.* ex hac Arabico-Samaritana verſione in lucem edidit (2).

Sed tu integrum Caput, quod omnium for-

(1) Iobus Ludolphus Praef. in epiſtol. Samar. Sichemitarum ad ſe ſcriptas.

(2) Ep. ad magni nominis, & exquiſitae doctrinae Theologum Gabrielem Fabricium edita Romae ad calcem Tom. 1. *Des Titres primitifs de la révelation*, ann. 1772.

fortaſſe difficillimum eſt, nunc tandem ad proprias, domeſticaſque Arabum litteras revocatum Orientalium Muſarum cultoribus ſpectandum profers. Fiet, ita ſpero, ut Catholici inprimis, & ceteri demum, quicumque fuerint, Biblicarum rerum, & exoticarum linguarum periti, exemplo tuo exſtimulati, operam ſuam omnem, coniunctis ſtudiis, conferre velint, ut eductis ex Italicis, Anglicanis, Gallicanis, Germaniſque Bibliothecis exemplaribus, verſio iſta, bonorum omnium votis tamdiu ante deſiderata, integra tandem, & numeris omnibus abſoluta edatur.

Interea vero unum hocce Specimen tantum nobis lucis, & commodi offert, quantum ſatis eſſe poſſit ad rectum, firmumque iudicium de hac noſtra verſione cum ceteris comparata inſtituendum. Multae enim & variae ſunt, ut probe noſti, Moſaici Pentateuchi verſiones Arabicae (1). Ac

(1) Hadr. Relandus Diſſ. III. *de monte Garizim* ad vocem מורה Geneſ. 12. 6., & Deuter. 11. 30. quatuor Arabicas verſiones, quas prae oculis domi habebat, commemorat.

ne quid dicam de iis, quibus, teſte Richardo Simonio, Iudaei, ſive Rabbanitae, ſive Caraitae (1), ſive etiam Samaritani in Africa, in Aegypto, & in toto Oriente, licet non intra, ſed extra Synagogas, hodieque utuntur, ſuas & ipſae Chriſtianae gentes Scripturas ſanctas ex Syriacis, ut puto, & Graecis Codicibus arabice tranſlatas poſt nefarii Mahummetis tempora in tot illis vaſtiſſimis regionibus habere coeperunt. Et inde, credo, duplex dicta eſt Arabica verſio Antiochena una, Alexandrina altera. Sed ad inſtitutum noſtrum ſpectat ea tantum commemorare Arabicarum verſionum genera, quae aut in publica omnium luce verſantur, aut nos ipſi in privatis mſs. perſpicere, & explorare potuimus.

Prima eſt ex Hebraico textu conſtructa. Hanc *Saadias* Iudaeus cognomento *Gaon*, ſive *Hagaon*, *excellens* ſcilicet nuncupatus ex dignitate, quam fuerat apud Babylonas adeptus, quamquam Aegyptius eſſet, in civita-

(1) Richard. Simon. H. Critique de vieux Teſt. l. 2. v. 17. ed. Roterdam.

vitate *Phium* (1), ſive *Phiouma* natus, an. circiter 930. elucubravit. *Eamdem eſſe, quae in Bibliis Polyglottis Pariſienſibus, & Londinenſibus typis excuſa eſt, plurimi licet rei criticae periti, falſo ſupponunt*, ait Euſeb. Renaudotius T. I. de perpetuo conſenſu Eccl. circa Euchar. p. 540. Attamen noſtram hanc Arabico-Samaritanam, uti exſtat in Anglicano Cod. Uſſerii, *ſaepiſſime cum verſione Arabica Pentateuchi Saadiae convenire*, teſtatur Edmundus Caſtellus in Praefat. ad Tom. VI. Polyglottorum Bibl. Waltonii. Sed, ſi Saadiana translatio eadem eſt cum illa, quam Pariſienſia, & Anglicana Biblia repraeſentant, vel ex hoc uno Specimine tuo dignoſcere quiſque poterit quaecumque in ea fuerint, quae cum hac noſtra conveniant. Björnſtahl certe in laudata epiſtola alteram ab altera toto caelo diſtare liberrime affirmavit. Accedit his, quod illius Auctor paraphraſin magis quam ſimplicem interpretationem exhibere videtur. Arabs vero Samaritanus verbum ver-

(1) De فيوم *Phiouma* Aegypti urbe videſis Bibl. Arabico-Hiſpanam Tom. II. p. 3. & ſeqq.

bo reddere ſtuduit. Illud tamen praetermittendum non eſt, quod qui Saadianam verſionem in commemoratis Bibliis agnoſcunt, ii interpolatam fatentur. Plura, quae dici de ea poſſent, iam habes apud *Le-Longum* cap. 11. Bibl. ſacr. ſect. v. Unum mihi modo ſupereſt vehementer dolendum; quod & Bjornſtahl doluit, editionem Saadiani Pentateuchi Hebraicis characteribus Conſtantinopoli evulgatam ann 1546. in promptu non eſſe. Huius enim cum Arabica noſtra accurata collatio magnam nobis lucem adferret ad certi aliquid ſtatuendum de iudicio Caſtelli. Inducitur a *Le-Longo* celeber. Praeſul *Ioſ. Simon. Aſſemanus*, qui in *Bibl. Orien* p. 587. dixerit de *Pentateucho Arabico* eo loci laudato, ſe eum exiſtimare *Rabbi Saadiae eſſe, quamvis nulla inſcriptione conſtet*. Sed ibi, ut & alibi, praeter nudam iſtius ms. Codicis mentionem, cetera, quae *Le-Longus* ex Aſſemano addit in Orientali Bibliotheca, qua ego utor, deſiderantur.

Altera eſt *Arabico-Aegyptia* poſt Saracenorum irruptionem a Chriſtianis condita, quo tempore in locum antiquae vernacu-

lae

lae, quae Coptica erat, Arabum lingua ſucceſſerat. Sequitur fidem Codicis textus; quod, Renaudotio auctore, idem eſt ac Graecum ſequi LXX. Interpretum. Hanc ego credo eam eſſe, quam veteres *Alexandrinam* appellant. Illius exemplar non ita diu ante tibi ſpectandum obtuli ex eleganti ms. Codice (1) ſodalis mei immortalis *Gullelmi Bonjurii*. Praevenerat is *Wilkinſii* conſilium de Aegyptia editione vulganda: & iam Prolegomena adornarat, librumque Geneſis ad Caput uſque XLVIII. ex Vaticanis Codicibus exſcripſerat, quum in Sinas ad ſacras Miſſiones, vivente adhuc magno Cardinali Thurnonio, non ſine peculiari Spiritus Sancti impulſu profectus, opus imperfectum reliquit. In eo cernere licet Arabicam verſionem, quae Coptico textui reſpondet ad Caput uſque XVI. Ex hac pauca mox dabo.

Ter-

(1) Exſtat in Angel. Bibl., ubi ms. pariter aſſervatur Pſalterium Copto-Arabicum ex Codd. praeſertim Barber. Bibl., Vatican., & Vallicel. a Bonjurio deſcriptum, & variantibus lectionibus, notiſque eruditiſſimis illuſtratum.

Tertia eſt Romana opus annorum XLVI., a ſacratiſſimo Patrum Senatu, qui ſummis Religionis negotiis de Progag.Fide praeeſt, accitis ad longas, & frequentes verborum, ſententiarumque omnium diſcuſſiones viris Theologis, & Orientalium linguarum, praeſertim vero Arabicae, peritiſſimis, comprobatum; & anno 1671. Pontificis Max. nutu, & auctoritate abſolutum. Fidem ſequitur Vulgatae noſtrae, etſi non tam preſſo fidoque veſtigio, quin aliquando a ſimplici verbo, ſine tamen ſententiae diſcrepantia, diſcedat. Ad eam edendam auctores, impulſoreſque fuere tum Archiepiſcopus Damaſcenus, tum etiam Aleppenſis, & Patriarcha Coptorum in Aegypto. Idemque Damaſcenus Sergius Riſius Maronita, totum Pentateuchum tranſtulit. Hae Tibi ex *Le-Longo* fortaſſe, aliiſque pluribus cognita eſſe non dubito. Sed Richardii Simonii iudicio ne fidere velis, tua a te poſtulat aequitas. Ut enim cenſor eſt intemperantis ingenii, temere nimis huius editionis cauſſa Romanae Eccleſiae (1) auctorita-

(1) H. V. T. lib. 2. cap. 16.

tatem, ac religionem carpit. Si enim illa, uti mater & magiſtra eſt omnium Eccleſiarum, Arabicam verſionem ad Vulgatae textum ſine ullo prorſus in fidei, & morum regula erroris periculo caſte, integreque compoſitam & agnovit, & commendavit; non idcirco, ea commendata, alias omnes, dummodo cum divinis archetypis conſentiant, e medio auferri, improbarive mandavit. Apage Simonianum figmentum!

Quarta Rutilianis typis excuſa anno 1752. complectitur Pentateuchum, Ioſue, Iudices, Libros IV. Regum, Paralipomena, Eſdram, & Tobiam. In tuto ubique collocat ſancta Religionis dogmata, ſed ab Arabico-Aegyptia perſaepe differt. Exemplum dabo ex Geneſ. X. vv. 8. 9. & 10., ut ex eo uno in aliis id genus pluribus varietatem agnoſcas.

(1) وكوش اولد نمرود وهو ابتدى (2) يكون

(1) Rom. فاما كوش

(2) Rom. & Walton. ان يكون

(3) قادرًا فى الارض (4) وكان (5) قويًا
(6) قناصًا امام الرب: من اجل (7) هذا خرج
المثل كنمرود القانص الشجيع امام الرب
وكان (8) بدء ملكه بابل (9) وعراق الكد
(10) وكللنه ارض شنعار ۞

Coptice: Ⲭⲱⲥ ⲇⲉ ⲁϥϫⲫⲉ ⲉⲃⲣⲱⲇ ✣

---

(3) Rom. & Walt. جبّارًا cum Hebr., Samarit., & Syr.

(4) Walt. وهو كان

(5) Rom. & Walt. جبّارًا

(6) Walt. مخيفًا بين يدى الله

(7) Rom. ذلك خرج مثل كنمرود قانص قادر Walt. ولذلك نقال كنمرود جبّارا فى الارض مخيفًا بين يدى الله ۞

(8) Rom. ابتدا . Walt. اوّل

(9) Walt. البرس

(10) Walt. وخلنى فى بلد الشَبنوَر

Ⲫⲁⲓ ⲁϥⲉϩⲏⲧⲥ ⲛ̀ⲟⲩ ⲁ̀ⲫⲱⲫ ϩⲓϫⲉⲛ
ⲡⲓⲕⲁϩⲓ ∴ Ⲛⲁϭⲟⲓ ⲛ̀ⲁⲫⲱⲫ ⲛ̀ϫⲉⲣⲏϫ
ⲙ̀ⲡⲉⲙⲑⲟ ⲙ̀ⲡⲟ̅ⲥ̅ Ⲫ︦ϯ︦ ∴ ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲁⲓ
ⲉⲩⲉ̀ϫⲟⲥ ϫⲉ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲉⲃⲣⲱⲇ ⲡⲓⲁ̀-
ⲫⲱⲫ ⲛ̀ϫⲉⲣⲏϫ ⲙ̀ⲡⲉⲙⲑⲟ ⲙ̀ⲡⲟ̅ⲥ̅ ∴
Ⲟⲩⲟϩ ⲁⲥϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ϫⲉⲧⲁⲣⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉ-
ⲧⲉϥⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ∴ Ⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ ∴ ⲛⲉⲙ
ⲟⲣⲉⲭ ∴ ⲛⲉⲙ ⲁⲣⲭⲁⲇ ∴ ⲛⲉⲙ ⲭⲁⲗⲁ-
ⲙⲏ ∴ Ϧⲉⲛ ⲡⲕⲁϩⲓ ⲛ̀ Ⲥⲉⲛⲁⲁⲣ ∴

Arab. ex Cop. وكوش اولد نمرود وهذا ابتدا
ان يتجبر على الارض وكان جبّرا وقناصا امام
الرب الاله ولهذا يقال مثل نمرود الجبّار
المقنمص (al. القناص) امام الرب. وكان
ابتداء مملكته بابل واراخ وارجاد
وكلما التي من ارض سنعار ۞

Et Chus genuit Nimrod : & hic coepit Gigantem agere ſuper terram : & fuit Gigas, & venator coram Domino Deo : & ob id dicitur : ſicut Nimrod ille venator coram Domino. Et fuit principium regni ejus Babel, & Orech, & Argad, & Chalama, quae (eſt) ex terra Senaar. In his tam Copticis, quam

Ara-

Arabicis Graecus textus ſeſe aperte prodit. Χοῦς δὲ ἐγέννησε τὸν Νεβρώδ. οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς. οὗτος ἦν γίγας κυνηγὸς ἐναντίον κυρίου τοῦ θεοῦ. διὰ τοῦτο ἐροῦσιν, ὡς Νεβρὼδ γίγας κυνηγὸς ἐναντίον κυρίου, καὶ ἐγένετο ἀρχὴ τῆς βασιλείας αὐτοῦ Βαβυλῶν, καὶ Ὀρέχ, καὶ Ἀρχάδ, καὶ Καλάννη, pro qua facili alucinatione, gemino νν pro μ accepto, habent Coptus & Arabs Χαλάμη (1) ἐν τῇ γῇ Σενναάρ.

Quin-

(1) Mendum in Copticam, & Arabico-Aegyptiam vocem Χαλαμη irrepſiſſe diximus. Sed forte utriuſque huius Memphiticae verſionis Auctores eo ſe duci paſſi ſunt, quod *Chalamis locus eſſet propinquus urbi Neve*. *Neve* autem idem eſt ac *Ninive*, quae in Euſebii Onomaſtico urbs dicitur Iudaeorum circa angulum Arabiae. Quumque verſ. 11. eiuſdem Cap. X. Geneſ. mentio ſtatim fiat de *Ninive* aedificata, ut plerique omnes Interpretes cenſent, *a Nembrod*, facile fieri potuit, ut Aegyptius, & Arabs Χαλάννην, vel Χαλάννη eſſe putarit Χαλάμην, de quo plura dat Relandus in *Palaeſt. ex monumentis veteribus illuſtrata* Tom. II. Syrus habet ܟܠܢܐ *Kelio*, quamquam in variantibus Tom. VI. Waltonius admoneat ܝ *iod* pro ܢ *nun*, ut & alibi, poſitum eſſe.

Quinta exſtat, ut tute ſcis, in Codice nis. Collegii Maronitarum, unde ἔκγραφον huius Capitis XLIX. Geneſeos manu tua exaratum teneo. Idemque fortaſſe Codex eſt, qui *opera Card. Antonii Carafae, & impenſis Gregorii XIII. Pont. Max. in Oriente ab aliquo Graeco, vel Melchita ſcriptus* dicitur apud Le-Longum T. 2. Biblioth. ſacr. p. 114 col. 1. Conſtructa videtur ex Syriaca aliiſque antiquioribus Arabicis verſionibus. Haec ego ſcripſeram, quum tu commodum ad me venis, & exemplum defers *epigraphes*, quam paucis ante horis ex Codice ipſo expreſſeras. Ea autem eſt: *Vetus hoc Teſtamentum iuſſu Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Domini Antonii Cardinalis Carafae Maronitarum Patroni in prima ad eoſdem Maronitas legatione impenſa SSmi Dom. Noſt. Gregorii XIII emptum An. Dom.* 1579. *pro Collegio eorumdem Maronitarum Romam latum fuit*. Neque hanc unam, ſed & alteram Arabici Scriptoris e calce Codicis excerptam exhibes:

تجزت بعون الله تعالى وحسن توفيقه نساخت
اسفار المقابيين فى العشر الاخير من شهـــر

حزيران من شهور سنه سبعه وثمانيين
وسبع الاف لابينا ادم ۞

Abſolutum eſt, auxiliante Deo altiſſimo, bonaque ſua providentia exemplar (hoc) Librorum Macchabaeorum in ultima decade menſis iunii (ex menſibus) ann. Filiorum Adami 7086.

Addis his optatae mantiſſae loco ſchedam, in qua tres illos verſiculos 8. 9. & 10. Cap. x. Geneſ. perquam diligenter deſcriptos non ex eo uno tantummodo, ſed etiam ex altero ms. Codice ejuſdem Bibl. ſub num. 59. indicato, mihi praeſentes facis. Sic itaque ſe habet verſio in I. Cod.

وكوش اولد نمرود. وهدا الدى ابتدا يتجبر
على الارض ۞ وهو كان جبارا وقانص السباع
امام الرب ۞ وكان ابتدا ملكه ببابل واجار.
وخلنا من ارض سنعان ۞

II. vero ea eſt:

كوش اولهم النمرود وهو الدى ابتدا يتجبر
فى الارض ۞

وهه

وهه كان جبرًا وقانص السباع قدام الرب ۞
وكان ابتدا ملكه ببابل واخار وتحاليا من
ارض سنعار ۞

Differunt & hae ab his omnibus , quas paullo ante obſervavimus. Sed non poſſum non admirari licentiam utriuſque Interpretis, qui opinionem ſuam de Nimrod Gigante, ſive robuſto praedatore ferarum, ubi vertit وقانص السباع, *& venator leonum* arbitratu ſuo in textum intruſit.

Sexta *Pentateuchi* eſt a Iudaeo Africano in Mauritania Hebraicis characteribus ex Hebraico textu ſtudioſiſſime confecta. Eam publici iuris fecit Th. Erpenius an. 1622., ſummiſque laudibus exornarunt tum editor ipſe praeclariſſimus, tum etiam Scaliger, Waltonus, & Houbigantius. Si hanc paullo curioſius obſervaſſent Bjonſthalus, aliique eruditi, facile intellexiſſent, quam nihil neceſſe ſit ad verſionem habendam ei omnino ſimilem, quae eſt in Tritaplis Samaritanis, quaeve totidem fere Arabicis verbis Hebraicum textum exprimat, auctorem

 inter

inter Samaritanos quaerere antiquiorem Mahummete. Nam & haec recentiora ſaecula Iudaeum dederunt in Africa, qui parem Samaritanae *Arabico-Hebraeam* translationem elucubravit. Florebat enim is trecentis circiter ante Erpenium annis. Mitto cetera, quae haberi poſſunt apud *Le-Long.* cit. cap. 2. pag. 125.

Septima haec ipſa eſt *Arabico-Samaritana*. Huius exemplaria duo in Reg. Bibl. aſſervari tradit Auctor adnotationum in Richard. Simon. H. Crit. V T. l. 2. c. 17. At neſcio, an eadem ſint an vero diverſa, & quibuſnam characteribus, Samaritanis ne, an Arabicis, ſcripta. De iis enim ſic loquitur Renaudotius in Catal. ms. 1. Orient. Bibl. Mediceae: *Ex Samaritano Codice duae diverſae reperiuntur, exſtantque in Bibliotheca Regia* verſiones. Quid iſtud ſit, quod de diverſis hiſce e Samaritano Codice verſionibus dicitur, divinare nequeo. Ceterum ſi duo haec exemplaria non alia ſunt, quam quae a Le-Longo c. 1. p. 117. ſub litt. D, & F commemorantur, ea ſolis, nudiſque Arabicis formis exarata videntur. Sed miſſis iis, quae de Arabicis huius

huius verſionis exemplaribus necdum ſatis cognita habemus, de illius auctore, antiquitate, praeſtantia, & uſu pauca inveſtigare aggrediar.

Ac ego equidem auctorem Samaritanum puto. Nemo enim niſi huius ſectae Hebraeus Samariticae Synagogae textum tanta cum religione in Arabicam linguam tranſfundere ſtuduiſset, quamquam alicubi, uti viſum eſt Hotingero, ab eo deflectat. De Rabbanita, ſive etiam Caraita Iudaeo nihil eſt, cur quis cogitare velit. Hi enim omnes capitali odio in Samaritanos incenſi a ſacro eorum textu tractando alieniſſimi fuere ſemper hodieque ſunt. Iudaeis, ut ex Moyſis Aegyptii dictis obſervat Morinus in ep. ad Thomam Chomberum, *quidquid* Cuthaeus *faciat*, *profanum eſt*. Contra quidquid eſt ſcripturae ſanctae a Chriſtianis editum averſantur Samaritani; nam ne exemplar quidem legis ab incircumciſis contrectari patiuntur; quamobrem in ep. I. ad Scaligerum non poſſumus, inquierunt, *mittere legem per manus illius cui eſt praeputium*, *& cui non eſt paritas*. *Hoc eſt enim opprobrium*. Illius igitur auctor ne

 inter

inter eos quidem, qui Chriſtiano nomine cenſentur, quaerendus eſt. Numquam enim eam Samaritani tanto cum honore excipere, & ſacris codicibus ſuis inſerere voluiſſent.

Quam porro ſuſpicionem movere quis poſſet, ad exemplum Ricard. Simonii (1), de *Mahummetano* ob invocationem divini nominis eo modo, quo a Muſsulmanis ſcriptoribus fieri ſolet, in huius verſionis fronte inſcriptam, ea tam levis eſt, ut mirer quo pacto in mentem eruditi hominis venire queat. Sat erat Simonio, ſat & nobis eſſe debet, meminiſſe tum hanc, tum alias eiuſdem modi precatorias formulas non proprias eſſe Mahummetanorum, ſed & aliis cuiuſcumque Religionis in Or. ſcriptorib. omnino communes: unde & *Abu-Said* Samaritanus eo loci ab Auctore adnotationum in Simonium indicatus ſimiles plene formulas Praefat. in Arabicam Pentateuchi translationem uſurpat. Quod vero magis eſt, eas perſaepe adhibet Elmacinus in H. Sar. ibi etiam, ubi de Principibus, & Scriptoribus

(1) Vid. H. C. V. T. lib. 2. c. 19.

bus Muſſulmanorum loquitur. Qua in re ab Erpenio, & Golio quomodocumque excuſatur. Sed hactenus de Auctore. Nunc de antiquitate dicam.

Non is ego, qui noſtrae verſionis epocam revocandam putem vel ad ſaeculum x. quo viri alioquin praeclariſſimi in Tetraplis Samaritanis *Saadianam* translationem deſcribi coepiſſe exiſtimant, vel ad xiiI., quo in Regiis Codicib. apud Simonium, Le-Longum (1), alioſque, Samaritanus *Abu-Said*, reiecta Saadiana, aliam ſtudio ſuo conditam in eius locum invexiſſe traditur. Neque enim tam facile credam Samaritanos adoptare voluiſſe, ut paullo ante dicebam, Iudaici calami opus; neque teſtimonium commemorati *Abu-Saàdi* tam exploratae fidei eſſe cenſuerim, ut ad hanc verſionem tam incerto, & obſcuro Auctori, qualis eſt iſte *Said*, adſcribendam me adducere queat.

Sed nec tantae antiquitatis eam eſſe dixero, quantam Anonymus Gallus (2), Bj-

 orn-

(1) Le-Long loc. cit. Bibl. Sac. p. 117.

(2) Nouviaux eclairiſſamens ſur l'origine,

ornſthal, aliique fortaſſe contendunt. Illius enim epocham Mahummetis tempora antevertiſſe coniiciunt: etſi Bjornſthali ſuſpiciones ſequamur, eam dicere non verebimur *primum* Arabicae eruditionis *exemplum* Samaritanis litteris ideo ſcriptum, quia in tota Arabum gente nullum eouſque cognitum, inventumve fuerat *Alphabetum*.

Cauſſae, aiunt, quamobrem ita ſentiamus, ſunt plures. Petrus Alphonſus in dial. contra Iudaeos, *Samaritanos* agnoſcit Arabiae incolas quo tempore impius Mahommet agere coepit de ſuperſtitione ſua inter eas gentes inſtituenda. Lingua præterea Samaritanorum Arabiſmis abundat, imo & tota Arabica eſt, poſtquam vernacula apud eos in Arabia verſantes evaſit. Praeter Pentateuchum nullas habent traditiones, unde ſacrae, civiliſque politiae leges ſumere queant. Iſtas habent ſoli Iudaei in *Miſchna*, & in Thalmudicis voluminibus. Qui autem probabile fit voluiſſe,

aut

& le Pentateuque des Samaritains par un Religieux Bénédictin de la Congr. de S. Maur.

aut certe potuiſſe Samaritanos tam longo ſeptem fere ſaeculorum ſpatio a Chriſto nato ſine Pentateucho, & ſine ulla prorſus lege, quam populares intelligerent, in Arabia vivere? Neceſſe igitur erat ut Arabicam Pentateuchi verſionem ſaltem Mahummetis aevo evulgatam haberent. Haec autem verſio non alia eſſe potuit, quam quae in Tetraplis noſtris Samaritanis ſpectatur. Qui deinde verſionem Pentateuchi Graecam inter Graecos, Montfauconio, aliiſque teſtibus viris clariſſimis, habuerunt, cur non & Arabicam inter Arabas habuiſſe dixerimus?

At nihil horum eſt quod me moveat. Petrus Alphonſus, qui ſaec.xii. an. circiter 1106. floruit, in laudato dial. tit. VI. = *de Saracenorum lege deſtruenda* = inter Arabiae populos, quos aut agricolas, aut milites, aut fere omnes idololatras dicit, quoſdam tantum (paucos ſcilicet) *Iudaeos* Moyſis *legem* tenentes *ſecundum Samaritanos baeretice* (*baereticos* mendoſe legit Anonymus Gallus), *& alios Chriſtianos, qui Neſtoriani erant & Iacobitae*, commemorat. Ecquis vero ex Alphonſi dictis ſtatim non in-

 tel-

telligat paucos illos Iudaeos fuiſſe *Doſitheanos* qui S. Eulogii Alexandrini Patriarchae, opera ex Aegypto fugati per ea tempora in Arabiam, unde Mahummeticum monſtrum erupit, ſeceſſerant? Non ſunt autem Doſithei aſſeclae confundendi cum Samaritanis, quorum nec coetus ullus, nec ſynagoga apud Hiſtoricos in Arabia per id temporis commemoratur. Doſitheani praeterea Pentateucho utebantur *ſecundum* quidem *Samaritanos*, non tamen Samaritanis, neque certe Arabicis, ſed Graecis litteris in Graecum corrupte tranſlato.

Quid porro? Pergamus legere Alfonſii noſtri teſtimonium, & ecce Arabiae Samaritanos ſtatim evaneſcere. *Fuerunt*, ſic ille ſubdit, *duo Iudaei, & illius Arabiae, quos diximus, haeretici*, Abdias, & Chaabalhachar *dicti; & hi quidem ſe Mahummeto adhibuerunt, & ad complendam ſtultitiam eius auxilium praebuerunt. Et hi tres legem Mahommetis quiſque ſecundum haereſim ſuam contemperarunt; & talia etiam ex parte dicere monſtraverunt & haeretici Iudaei, & haeretici Chriſtiani, qui erant in Ara-*

Arabia, vera eſſe crediderunt: Qui vero aperte credere noluerunt, vi tamen, & gladii timore crediderunt. Iam vero, ſi *Iudaei* illi omnes, *qui Moyſis legem ſecundum Samaritanos* tenebant *haeretice*, aut architecti, aut ſectarii Mahummeticae impietatis fuerunt, ubinam, vel quos per id temporis Samaritanos in Arabia inveniam, quibus hanc noſtram Arabicam verſionem tribuere valeam?

Si deinde Samaritani coacti fuiſſent tot Pentateuchi verſiones condere, quot erant linguae nationum, inter quas verſabantur, quam multae, bone Deus! quam variae hae verſiones non eſſent? Praeter Arabicam & Babylonicam, aut etiam Perſicam, Aegyptiam quoque, Romanam, atque Latinam edere debuiſſent; quum & in Aegypto iam inde a Ptolemaei Lagi imperio tam ingens, uti a Ioſepho narratur, Samaritanorum multitudo eo commigrarit, ibique ſub ipſo Hadriano Caeſare plures Synagogas, & ſuam Romæ pariter, teſte Caſſiodoro, poſſiderent: iidemque per occidentem ſparſi ex Honorii, & Valentiniani legibus 16. & 28. Cod. Theod. deprehen-

hendantur. De his plura habes inter diſſert. academicas *Chriſtoph. Cellarii diſſ. 6. de Gentis Samarit. hiſt. caeremon.*

De traditionibus quod obiiciunt, vereor ne quid ambigui nimis & fallacis involvat. Non agnoſcunt quidem Samaritani Iudaeorum traditiones, proprias tamen, & peculiares, quas habent in Chronico, aliiſque voluminibus, tamquam antiquiſſimas, & a maioribus ſuis acceptas hodieque norunt, & ſervant.

Quid porro valeat argumentum ductum ab uſu Arabicae linguae, quae vernacula in gente Samaritana evaſerit, ego prorſus ignoro. Nam apud eos, qui in *Sichem*, ſive *Sebaſte*, aut *Neapoli*, & in tota Palaeſtina, vel etiam in Aegypto ſedes tenebant, non niſi poſt Mahummetani Imperii tempora invaleſcere coepit. Commune hoc fatum fuit pleriſque populis in Oriente, & Africa natis. Quod ſi viri illi alioquin ſpectatiſſimi ſuam hanc omnem coniecturam trahere velint ad ſolos Samaritas, qui in Arabia proprie dicta ante Mahummetis exordia degebant, ut inter eos auctorem verſionis noſtrae inveniant,

me-

meminerint, obſecro, tam multarum Chriſtianarum gentium, quae ex clariſsim. Praeſule Aſſemano Tom. III. p. 2. Bibl. Orient., in tot illis, ac tam immenſis regionibus iam inde ab aevo Apoſtolorum mire florebant. Dicant, quis eſt, qui nobis apud eas memoret, non dico veteris, ſed ne quidem novi Teſtamenti libros ante ſaeculum eccleſiae VII. in Arabicam linguam converſos? *Arabum Dynaſta Iohanni Iacobitarum Patriarchae circa annum 640. praecepit, ut IV. Evangelia e Syriaca lingua in Arabicam converteret*. Sic Aſſeman. citato Tom. III. pag. 599. Antea ergo vel eadem ipſa SS. Evangeliorum translatio ignota omnino erat, una enim aut Syriaca, aut Graeca Chriſtiani Arabes utebantur; etſi in ſacris catecheſibus ad rudes inſtruendos una vulgaris populariſque lingua obtineret. At ſi ſuperis placet, hanc ſibi palmam vindicare poterunt ſoli Samaritani Arabes, ut hi omnium primi, qui ſacros Pentateuchi libros gentili ſermone vulgatos contribulibus ſuis commendare ſtuduerint, habebantur.

Exſti-

Exſtitiſſe Graecam verſionem Pentateuchi Samaritani doctiſſimo Montfauconio volens omnino lubenſque conceſſero. Dabo & illud (quod tamen nonniſi divinando coniici poteſt) Helleniſtas Samaritanos, quemadmodum & Helleniſtas Iudaeos ſuum habuiſſe in Aegypto Pentateuchum graece translatum. At Samaritani in Aegypto magno numero, ut audivimus, erant: celebres Synagogas habebant, & Graeca lingua tamquam communi praeſertim in ſcriptis ſacris uti neceſſario debebant. Ecquid vero ſimile mihi narrabunt de Samaritanis Arabiae ante Mahummeticam hegiram?

Satius igitur eſt *Arabico-Samaritanae* verſionis epocham referre ad tempora, quae mortem ſequuta ſunt nefarii Pſeudo-Prophetae Mahummetis. Quod enim ſenſit graviſſimi iudicii vir Hadrianus Relandus *de chronico diſſerens Samaritano* (1), ſic namque librum Ioſuae *appellant, quia in Ioſuae geſtis enarrandis potiſsimum verſatur*, hoc idem de noſtra iſta verſione ſentien-

(1) Diſſer. VII. *de Samaritanis* §. V. & ſeqq.

tiendum puto. *Samaritani*, inquit, *ſcribunt in epiſtolis ſuis ſe non habere chronicon illud Hebraeum, ſed tantum verſionem Arabicam, quae ſine dubio poſt Mohammedem facta eſt*; quamquam librum ipſum antiquiſſimum, & a variis Scriptoribus, quorum poſtremus ſaec. eccl. III. vixerit, compactum agnoſcat. Sic ego poſt Mahommedem Arabicam Pentateuchi Samaritani verſionem *ſine dubio* factam exiſtimo. Nam & liber ille Ioſuae, ut & Liturgia, hymnorum ſcilicet, precationumque volumina, Arabica quidem dialecto, ſed Samariticis characteribus ſcripta cernuntur, quemadmodum animadvertit eruditus Sodalis meus Caſimirus Mezger (1).

ࠔࠋࠉࠌࠀࠍ deinde, *Solimanus* ſcilicet, ſive *Solomon* pro שלמה, quod legitur in Cod. Uſſer., vocabulum eſt a Scriptoribus uſurpatum poſt Mahommedem. Sic سليمان *Suleiman* etiam vocat Elmacinus *Filium Abdallae* ad an.Ch. 865.p 157., &

(1) *Philologus Auguſtinianus*: Liber eſt a Mezgero de Ling. Lect. editus Salisburgi typis Aulico-Academicis an. 1779.

& سليمان *Salamonem Filium Davidiſ* appellat p. 153. Ante Mahommedem quis alius veterum hiſtoricorum hoc appellaverit nomine *Salomonem*, ignotum eſt. Me quidem tu admones de Barberiniano exemplo, in quo nomen iſtud deſideratur. At inter hoc noſtrum, & Uſſerianum exemplar incertus haereo, utri maiorem antiquitatem tribuam.

De praeſtantia verſionis nil dicam. Ne enim actum agam, veteri proverbio utor. Hanc provinciam a viris doctis, & a teipſo ſolide occupatam iam video. Quanti eam faceret *Peireſcius* ex ipſius epiſtola ad Morinum liquet. Simplex profecto eſt & verbi Samaritani pediſſequa. Raro ab eo digreditur. Sed, ut me celerius quam fieri poteſt, expediam, ad *uſum* venio.

Facem in primis haec noſtra verſio accendet ad diſcernendum in tanto Arabicarum translationum numero, quaenam ex his ingenium referant vel Samaritani, vel Hebraei, vel Graeci, vel etiam Syriaci textus. Id certe commode mihi ſuboritur, ut alia mittam, ex uno verſ. 3. verſionis tuae راوبن بكرى انت حيلى. Sic tua illa Samaritano

tano; & Hebraico textui exacte reſpondet, ſic & Graeco. Paullo aliter Walton. At iii. ex earum numero, quas ante retulimus, habet روبيل بكرى فانت قوتى, uti & vi. = روبيل انت بكر قوتي. Hae vero *Syrum* ſequuntur, qui eſt: ܐܫܝܪ ܫܡܝܢ ܠܚܡܗ.

Uſui etiam eſſe nobis poterit ad vindicandas genuinas, & probatiſſimas Hebraici, Graeci, & Latini textus lectiones, ſi qua forte nimis audaci licentia recentiores *Critici* eas impetere, & caſtigare tentarint. Houbigantius magnae licet & peregrinae eruditionis laude clariſſimus ad v. 20. huius 49. cap. ſac. Geneſ. pro nimio, quo facile abripitur erga textum Samariticum, ſtudio, in Hebraico prototypo legi iubet non שמנה *pinguis*, ſed ࠔࠌࠍ, ut eſt in Samarit. *pinguedo* [*ciborum*.] Atqui verſio noſtra, ni fallor, legit: *Aſer* الدسم غـذاوه *Pinguis eſca ejus*; nam & سمن in Walton. & Rom idem eſt ac دسم: quae vox cum media *keſrata*, quemadmodum obſervant Caſtellus, & Golius, redditur *pinguis panis*, *eſca*, *cibus*, & magis proprie *prandium*. Samaritani igitur non aliud

aliud per illud ࠍࠌࠔ intellexerunt, quam quod eſt שמנה Hebraicum decurtatum littera ה. Haec enim amanuenſium vitio non ſemel apud Samaritanos praetermiſſa coniicitur. Unde & Graeca ϖῶν ὁ, legit, ϖίων ἀυτοῦ ὁ ἄρτος, *pinguis ipſius panis*. Convenit III. Arab. اشير ارضه مالحه. Hinc illud eſt quod de Chriſto concepto in civitate Nazareth (1) ad tribum *Aſer* ſpectante, univerſa Eccleſia laetiſſime cantat: *Pinguis eſt panis Chriſti, & praebebit delicias regibus*. Plura in hanc rem dicenda eſſent, quae ne epiſtolae modum excedam, praetermittere cogor.

Hoc tamen unum, quod bonis omnibus acceptum eſſe debet, advertere iuvat, ne quis ſit, qui hac noſtra verſione abuti velit ad vexandam integritatem Hebraici textus; qui-

---

(1) Sunt, qui *Nazareth* collocant in tribu *Zabulon*. Sed, ut ex Tabulis Geogr. Palaeſt. a Relando editis, aliiſque doctorum hominum teſtimoniis, iudiciiſque colligo, rectius fortaſſe inter fines *Aſeritarum* ea ſtatuitur proxima *Tabor*, a quo monte occaſum verſus ſex circiter mille paſſibus diſtat.

quique eam plus aequo extollat ; aut ex praeiudicata opinione, ingeniique ſui conatu tantam *quandoque* putet vim exprimendi habere, quantam fortaſſe non habet . Bjornſthalus praeſtantis certe ingenii , & iudicii ſcriptor in cit. ep. magni facit verſionem v. 4. ما جرعت الما لا تفضل , eamque latine ſic reddit : *Quicquid hauſeris aquae , non excelles* . Miram in ea *analogiam* inter *aquarum hauſtum* , *& ſucceſſionem in deceſſoris imperium* intercedere putat ; ſed ad hanc intelligendam perveniri non poſſe dicit , niſi reconditos orientalis eruditionis theſauros perſcrutemur . Quod tamen nec ipſe , nec alius quiſquam hactenus praeſtitit . Huius igitur *analogiae* arcanum adhuc latet . Sed forte ſpes eſt , ut *ex aquis Siloe* illud aliquando emergat . Interea vero ſatis eſt , ſi Bjornſthalus ſola imaginatione teneat hunc analogicum Orientalium tropum , ut inde tamquam excellentem atque mirabilem Arabicam huius loci verſionem nobis exhibeat . Quod quum facit , ſequutus Houbigantii exemplum Hebraicum textum פחז deſerit , & פחזת Samaritanum adoptat . Tandem

ut uni Arabico interpreti adhaereat, ab utroque & Hebraeo, & Samaritano recedit. Hi enim ambo *aquam* exprimunt tamquam eam, cui SS. Patriarcha Iacob ſimilem fecerat lapſum primogeniti ſui Ruben כמים. At quaſi ממים non *ſicut aqua* ſed *ex aqua* dixiſſet, Bjornſthalus, ſublata *ſimilitudine*, tropum inducit figuratae locutionis imaginarium. Nihilo tamen minus ſi quis Arabis verba ſibi exponi depoſcat, ea cum textu coniuncta ſic reddi poſſe putarem: *Abſorptus aquis non eminebis*; praeſertim quum de errore Amanuenſis ſuſpicer, & pro ما جرعتى legendum putem مجرعت (1). Data praeterea inte-

(1) Ad v. 23. verſio noſtra ſic habet من ولى ابيك. Heic vero omnem vim habet ad confirmandam lectionem Hebr. textus מאל *adeo*, quam Hubigantius audacter, ut ſolet, tamquam *mendoſam*, & ſenſu carentem damnat. Sed vox ولى, quam Arabs adhibet loco Hebraicae אל, magnam mihi de Samaritani ſcriptoris fallacia ſuſpicionem creat. Etſi viri docti dubitent, an *Angelos* admiſerint Samaritani,

integritate lectionis , nil vetat , quin ما جرعت in ſtatu abſoluto interpreter : *Summopere proſtratus ab aqua , non eminebis*. Qua etiam in ſignificatione vox جرع accipitur a Golio in *Append.* ad Lex. Arab.

---

ni , eoſque crediderint veros eſſe *ſpiritus a Deo diverſos* , *eiuſque miniſtros* , inter eos tamen *Angelum maximum* agnoſcunt adiutorem , atque cuſtodem exercitus Iſraelitici . Hunc dicunt eſſe *Meſſiam* . Quumque & *Angelum* , *&* *Dei virtutem* dicere unum apud Samaritanos , idemque ſit , mirum non eſt , ſi capti praeſtiſtigiis , & fraudibus Simonis Magi , ei tamquam *Meſſiae* , & Angelo altiſſimo acclamarunt . Act. 8. v. 10. *Hic eſt virtus illa Dei magna* . De his plura habet Reland. cit. Diſſ. VII. Eamdem fortaſſe opinionem in animo gerebat Auctor verſionis noſtrae . Magnam hanc Dei virtutem , Angelum maximum , atque Meſſiam Iſraelitarum ducem , & non Deum ipſum , eum fuiſſe credebat , qui Ioſephum in Aegypto ſervaverat . Hoc errore ductus אל *Deum* vertit in ولى & in *praefectum* , atque *tutorem* , ſic ſacrum textum exponens : معن ولى ابيك فليعينك *A tutore patris tui* , *qui cuſtodivit te* . Nec novum eſt Samaritanis nomen אל Dei in Angelum

Non ita demum haec verſio accipienda eſt, ut quaſi quaedam doctrinae regula a Samaritanis ſpectetur. Legitur v. 12. لا يزوى القضيب من يهونا والمرسم من بين بنوده حتى ياتي مستحقه *Non ceſſabit baculus* (*vel ramus*) *a Iuda & ordinans*, (*vel* praefectus) *a vexillis ejus*, *donec veniat dignus illo*..... Sic Bjornſthalus, qui variam lection. iam in ſuperioribus indicatam سليمان *Salomo* ex Cod. Uſſeriano refert. Vox = مستحقه reſpondens Hebr. שלה *Scilo*, tametſi recte exponatur *dignus illo*, ut ego tamen exiſtimo, eamdem ſignificationem habet, quam dederunt *Scilo* LXX Interpretes. Nam حق Golius & Caſtellus

---

lum transferre. Hoc enim fecit, obſervante Relando, eorum Interpres, Gen. 3.1., ubi *nefando auſu*, *ad imaginem Angelorum* hominem creatum tranſtulit, quem ſacer textus *ad imaginem Dei formatum dixit*. Idemque praeſtat ad Geneſis 9. 6., & ad 17. 22. Ibidem Sam. legit ואל שדי *Deus quoque omnipotens*. Hebraeus ואת שדי *cum omnipotente*. Arabs Erpenii ואלכאפי, & *omnipotens*. Noſter والقادم الكافى, tacito אל.

lus expônunt = *jus quod iure debetur*, & حقة *iure competens* =. Erit proinde *Scilo* a שׁלו = *ille*, *cui iure competit* (1) =. At Samaritanis ſuperiori ſaeculo quaſi ignota haec lectio viſa eſt. Nam in letteris ſuis ad Anglos & ad Ludolphum ſcriptis ſic de *Meſſia* loquuntur: *Tu vero* (interprete Chriſtoph. Cellario) *quaeris de* ࠄࠌࠔࠉࠇ *Meſſia an ille ortus ſit*, *de quo dictum eſt in lege*: *donec veniat* ࠔࠋࠄ *ſchilo*, *&* *ei congregabuntur populi* *Hic eſt* Salomo *qui venit in diebus*, *qui praeterierunt*. *Meſſias adhuc nondum ortus eſt*, *ſed orietur*, *&* *erit nomen eius* ࠄࠕࠄࠁ Hathab; & ࠕ in ࠔ commutato, *Haſchab*: eum vero non ex tribu Iudae, ſed Ephraim oriturum praedicant. Et hinc antiquiſſima *Recutitarum* fabula de duplici Meſſia prodiit.

Hoc etiam accidit de S. Patriarch. *Ioſephi* nomine, de quo tantopere Samaritani gloriantur. In hac enim ipſa verſione v. 22. ra-

(1) Arab. Rom., & Maron. 1. الذى له الكل. Rutil. المزمع ان يرسل.

ramus fructifer , (1) غصن مثمر يوسف appellatur *Ioſeph*, vocabulo, ut obſervat idem Bjornſthalus, ad rem ſignificandam omnium aptiſſimo. At vero in recitatis epiſtolis eum vocant non غصن مثمر, ſed *patrem noſtrum Ioſephum* ܐܒܘܢ *ben Parath* (2) filium *fructeſcentem*.

Ne plura. Heic iam eſto huius meae tam rudis epiſtolae finis. Tuum hocce *Specimen*, praeclare Hvviidi, docte, & affabre elaboratum, acceptiſſimum mihi eſt, deque eo tibi iterum gratulor vehementer. Sicque ut verbis utar SS. Parentis mei Auguſtini ex ep. 33: *Quid ego in te honorare non dubitem, facile intelligis*.

Datum Romae XV. Kalend Maias ann. MDCCLXXX.

---

(1) Arab. Rom., & Maron. ابن التعربيه. Rutil. الابن الناصى.

(2) בן־פרת *Filium fecundae* (arboris) alii interpretantur per enallagen ſtatus abſoluti פרת pro conſtructo פרה; reiecta animoſitate Houbigantii, qui in ſacro ipſo textu פארת, vel פארה *ramus* non modo intelligendum, ſed & legendum praeſcribit.

ERRATA	CORRIGE
Pag. 18. nolui	noluimus
19. lin. 10. ex noſtro Codice, ſed ex ms.	ex Codice ms.
XXI. Nouviaux eclairiſſamens	Nouvaux eclairiſſemens
22. lin. 1. Paucos	Paucas
28. not. 1. l. 10. imrio	imperio
XXIX. not. 1. de Liug.	Or. Ling.
31. col. 1. l. 12. فرشى	فراشى
33. col. 2. l. 3. الظلح	الظلم
43. מחלב	מהלב
45. lin 1. col. 2. للدقل	للغقل
47. لمغوثيك	لمغرثتك

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google